

30

~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-26.

SIGNAT. ciōiōCCCCXIII.

Stückzettel erled.
11. XII. 1949.



DISPUTATIO IIX.

ETHICA

83

De

MAGNANIMITA-
TE & MODE-

STIA.

Quam

DEO TRIUNO ANNUENTE

In Inclyta & celeberrima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE

Clarissimo & Excellentissimo Viro

Dn. M. IACOBO MARTINI,

Logices & Pract: Philosoph. Pro-
fessore publ.

Proponit

ERNESTUS PRÆTORIUS

Serveſtâ - Anhaltinus.

Ad diem 10. Septemb. Horis Locoq; ſolitis.

VVITTEBERGÆ,

E Typographéo JOHAN. GORMANNI.

ANNO M. DC. XIV.

MAGNANIMITA-

MAGNANIMITATE

DE

D

DE

DE

Logices & Prag. Philosoph. Pr.

Thesore publ.

DE

DE

DE

DE

DE

ANNO M. DC. LXX.



Ma

D

& Magn
as progr
honorem
omnium
nem mo
destia.



honore





DISPUTATIO IIX.

De

MAGNANIMITATE & MO-
DESTIA.

Continuatio.

Disputatione præcedente duas illas virtutes
quæ circa divitias tam mediocres, quàm
magnas, versantur, nempe, *Liberalitatem*
& *Magnificentiam* excussimus: nunc ad duas ali-
as progredimur, quæ circa aliud bonum externum,
honorem scilicet, externorum quidem bonorum,
omnium maximum, occupantur, ejusq; appetitio-
nem moderantur, & sunt *Magnanimitas* & *Mo-
destia*.

Thesis I.



Magnificencia est virtus (a) moralis, mediocri-
tatem servans in magnis (b) debitisq; honori-
bus moderatè & expetendis & fugiendis.

(a) *Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 4. cor. cap.*
7. lib. 1. M. M. cap. 26. lib. 3. Eudem. cap. 4. in
libr. de virtutib. cap. 9. (b) libr. 2. Eth. Nic.
c. 6. l. 6. eor. c. 2. & 13. l. 1. M. M. c. 4. hinc parvos

honores rejicit & vulgi contumelias spernit. l. 4. Eth. Nic. c. 7.

A 2

2. Ma-

II.

Magnanimitas generatim versatur circa magnas res (c) speciatim circa τὰς ὑμᾶς καὶ ἀλμίας ὡς θεῖ: circa magnos (d) honores & ignominias, ut oportet.

(c) Arist. lib. 4. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 1. M. M. cap. 26. lib. 3. Eud. cap. 5. (d) lib. 4. Eth. Nic. cap. 7. 2. post. Analyt. cap. 13. Oecon. ult. 1. Rhetor. 9.

III.

Magnanimus ergo circa magnos honores talem se gerit, ne nimis cupidè aut anxie eos affectet, sed moderatè & jure suo, tanquam debitam virtutis suæ mercedem.

IV.

Deinde nec quosvis & falsos honores, neq; à quovis deferente eos accipiat, sed veros & magnos, à viris claris, & à quibus honore affici honos est.

V.

Tertiò nec obtreccionem & contumelias curat, sed cum illas non mereatur, spernit, & contemnit, juxta illud Poetæ:
Conscia mens recti, fama mendacia ridet.

VI.

Quarto cavere debet, ne honore debito, ab illis, quorum est honorem offerre, affectus, animo efferatur: sed moderatè illis delectetur; utpote qui illos merito suo consecutus est: quiescat quoque in iisdem, cum in hac vita nullum habeatur præmium honore majus, quem non solum hominibus, sed & Dijs tribuimus.

VII.

Quinto: reliqua quoque fortunæ bona Magnanimus decenter administrare debet: dareque operam, ut in omnibus virtutibus excellat, cum virum optimum illum esse oporteat. Maximo enim honore non nisi vir bonus & optimus dignus est.

VIII.

Καλοκαγαθία deniq; scilicet perfectionem illam quod attinget, qualis nimirum in quavis virtute Magnanimus esse debet, ut in singulis excellat, hiscè continetur axiomatibus.

9. In

IX.

In actionibus fortitudinis Magnanimus 1. non parva subit pericula: sed magna, necessaria, & honesta: in quibus virtutis suae splendorem exercere potest: qualia sunt, quae pro religione, pro salute patriae & pro sua suorumque libertate suscipit: Atque in ijs talem se praebet, ut ne vitae quidem suae parcat, sed potius gloriose sibi moriendum esse existimet, quam turpiter ea declinando vivere.

X.

Temperantiam eo colit modo, ne voluptates, etiam honestas tanti faciat, ut propter eas aliquid expetat aut admittat, quod bono viro sit indignum: sed in sua virtute omnem voluptatem suam esse arbitratur.

XI.

In Liberalitate & Magnificencia talem se gerit, ut potius det beneficium, quam ab alijs eo afficiatur. 2. Si beneficium in illum collatum est, illud duplo aut certe majore rependere studet.

XII.

Justitiam quoque ita Magnanimus colit, ut bona fortunae non magnificiat: ideo circa eorum tractationem non est ita $\omega\lambda\epsilon\omicron\upsilon\upsilon\epsilon\kappa\tau\eta\varsigma$, ut illorum gratia velit cuiuspiam injuriam facere.

XIII.

Circa Amicitiam talem Magnanimus esse oportet, ne sit $\Phi\alpha\upsilon\epsilon\rho\gamma\Phi\iota\lambda\omicron\upsilon\kappa\alpha\iota\Phi\alpha\upsilon\epsilon\rho\gamma\mu\iota\sigma\omicron$, h. e. ne celer amorem vel odium suum erga alterum: sed, quem odio vel amore prosequitur, aperte illud, & verbis & factis testetur, ne videatur metuere aliorum offensionem; cum sui amoris vel odij justas habeat causas.

XIV.

Veracitatem quod spectat, cum Magnanimus potius velit esse, quam videri bonus, ideo dat operam, ut tam in verbis, quam in actionibus, hanc sequatur & tueatur, potiusque veritati studeat, quam opinioni & iudicio aliorum.

XV.

In Comitatus actionibus nec solet nec potest ad alterius nutum vivere (nisi amoris ergo id faciat) cum servile hoc sit & assentatorium, hominum scilicet abjectorum.



XVI.

In vitâ deniq; quotidianâ reliqua isthæc observat Magnanimus: 1. Tam adversam quàm secundam fortunam moderatè fert. 2. Nescit meminisse injurarum, sed potius illas contemnit & negligit. 3. In colloquijs familiaribus neq; de alijs hominibus, eorumq; factis, neq; de se multum loquitur: ne vel aliorum admirator, aut obrectator, vel suipsius laudator esse videatur. 4. Non nisi honorata loca accedit. 5. In actionibus suscipiendis cunctatur, ut prius possit diligenter considerare, quales sint & qualem exitum fortitur. 6. In rebus ad victum & amictum pertinentibus non est quesulus: in illisq; magis elegantia quàm utilitati studet. 7. Incessu utitur cado & gravi. 8. Voce quoq; gravi utitur, oratione sedata & aquabili, ad indicandam animi sui tranquillitatem & constantiam.

XVII.

Vicia sive extrema virtus hæc habet duo: Pusillanimitatem & Arrogantiam sive Fastum. Illa in defectu, hæc in excessu peccat.

XVIII.

Pusillanimitas est vitium, quo is, qui magnis honoribus dignus est, se ijs indignum judicat.

Arist. libr. 4. Eth. Nicom. cap. 3. libr. 1. M. M. cap. 26. libr. 2. Eudem. cap. 3.

XIX.

Fastus est vitium, quo quis magnis se dignum & afficiendum existimat: cum tamen talia non meruerit.

XX.

Sequitur altera, quæ circa honores versatur, *Modestia*: quæ est virtus, quâ quis cum mediocribus honoribus dignus sit, ijs etiam sese dignum judicat, & eosdem decenter appetit.

Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 4. cor. cap. 4.

XXI.

Versatur hæc virtus circa honores, uti & Magnanimitas. Differt tamen ab hac, sicut Liberalitas à Magnificencia. Magnanimitas enim, uti ostensum, versatur circa honores magnos: Modestia circa parvas & mediocres.

Arist.

*Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 4. cor. cap. 3. lib. 1. M. M. cap. 26.
lib. 3. Ethic. Eudem. cap. 4.*

XXII.

**Virtuti huic extrema sunt duo: In excessu illi opponitur,
Ambitio: in defectu illi adversatur nimius honorum contemptus
seu nimia humilitas.**

XXIII.

Φιλοψυχία sive Ambitio est vitium, quo quis nimia honorum
cupiditate inflammatus mediocres etiam honores plus, quam de-
cet, modoq; inconvenienti appetit.

Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 4. cor. c. 4.

XXIV.

Αφιλοψυχία, Honorum contemptus est vitium, quo omnes in
universum honores respiciunt & aspernantur, neq; pro honestis-
simis etiam & optimis actionibus honorari cupimus, aut etiam ni-
hil honore dignum putamus.

Arist. citatis antea L.



A 4

Pro-

Magnani-
derate fert.
nnt & ne-
nibus, eo-
admira-
ur. 4. Non
dis concia-
e qualem
rieneibus
tati studet.
eur, orati-
illitatem
nimitatem
su peccat.
ribus di-
Eudem.
ciendum
estia: que
sic, ijs et-
animitas.
Magnani-
s: Mode-
Arist.

Problemata.

I.

An honores appetere sit licitum? Omnino.

II.

An honor potius sit in potestate honorantis quam honorati: Certè honorantis.

III.

Cur Philosophus honores & pecunias quantitate distinxerit: distinctas etiam virtutes ijs præposuerit: Cur non idem in voluptatibus fecerit, & duplicem Temperantiam, aliam circa magnas, circa parvas voluptates aliam constituerit? Respondemus: Voluptates has tam magnas, quam parvas cadere in homines cujuscunq; conditionis: quod in pecunijs & honoribus *κατὰ τὴν ἐξέγχεσιν* negamus.

IV.

Num pietati Christianæ sit contrarium, quod Magnanimus se magnis dignum judicare debeat honoribus. Non est: Si magnanimus propter bona, quæ in se agnoscit, Deum laudet, à quo omnia bona proficiscuntur: neq; proximum contemnet & superciliosè cum eo conversetur.

V.

Quanam ratione Modestiam ad virtutis defini-
tio-

tionem à se traditam (a) referre possit Aristoteles:
cum Modestiam, hujusq; extrema non habitus, sed
affectiones & ἀρετῆς (b) dicat; magnum autem
inter ἐξίτητον ἀρετῆς (c) discrimen quis ignorat? Re-
spondemus hîc pugnam non esse rerum: sed ver-
borum: cum præsertim in lata vocis significatio-
ne ἐξίτητον etiam dicere rectè possimus ἀρετῆς. Huic
sententiæ Aristotolem ὁμολογητὸν esse ex Metaphysi-
cis (d) patet: Ita enim ibi docet: habitum etiam di-
ci dispositionem, secundum quam bene vel male
dispositum disponitur, & aut secundum se, aut ad
aliud. Exemplo datam sententiam confirmat eo-
dem in loco: quia sanitas, inquit, habitus quidem
est; dispositio etiam talis est: item habitus dicitur,
si particula talis dispositionis sit.

(a) lib. 2. Eth. Nic. cap. 6. lib. 6. eor. cap. 13. libr. 1. M. M.
cap. 4. (b) lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. (c) libr. 2. Eth.
Nicom. cap. 5. & libr. categ. cap. 8. de qualitate. libr. 8.
Metaphys. cap. 20. t. 25.

VI.

An Magnanimus debeat recordari injuriarum,
Non debet. Oportet enim illum esse placidum,
fortem, novisse plurimas ferre in-
jurias, &c.



ERNE

ERNESTUS PRÆTORIUS SERVESTHANNUS
DE MODESTIA DEQUE MAGNANIMITATE
RESPONSURUS.

Ἀναγκαῖα μὴ πρὸς ἑαυτὸν.
MAGNA MANET VIRTUS! SIQUIDEM PRÆPONDERAT
U S U

RES ORTAS! ROS EST ENTHEUS! ENNE VIDES!

Evolutio.

*Q*uem mihi te, PRÆTORI, offers virtute sa-
llicet os spirat florida mella tuū. (crata?
Virtutem dico, quā non divinius ullum,
Furis in hanc siquidē mors habet atra nihil
Scilicet ipsa sibi virtus pulcerrima merces,
Hac sine quid vita hac? mortis imago fera.
Ardua sed res est: quid tum? resplendet ab usu
Rebus sub duris dulcia mella latent.
Hoc Erneste tenes, ergo sub PRÆSIDE tanto
Qui tot virtutum fortiter igne calet
Discutienda refers virtutum semina tanta:
Perge vicens: omen nomini inesse vides.

MAGNA MANET VIRTUS SIQUIDEM PRÆPONDERAT
U S U

RES ORTAS! ROS EST ENTHEUS: ENNE VIDES?

Sympatriotæ & amico suo moris & amoris er-
go jam jam Witteberga Heidelbergam abiens
relinquebat

M. Bethmannus Herdesianus, Bernburg-
Anhalt, I. V. studiosus.

Ornatissimo ac Doctissimo

Dn. ERNESTO PRÆTORIO

*Ethicè disputanti, amico, Sympatriotæ
& contubernali suo exopta-
tissimo.*

**PRAESIDE JACOBO, quò mandat as tibi
parteis**

Suscipias, celebrant, ò bone, turba Sophum.

Perge tuum Sophiae studium perducere faustum.

Ad finem, hocce tibi premia summa feret.

Ceu pugil, ut possit bene se defendere, debet

Artis permulta conscius esse sibi:

Sic, quò rite queas distortos solvere nodos,

Doctorum multos perlege saepe libros.

*Quod reliquum est, PRAETOR, tantum tibi
grator honorem,*

Dum tu das specimen Leucore à urbe tuum.

Ultimus & Primus, Genitor terræq; poliq;

Cæptis hisce tuis semper adesse velit,

Optatum ad portum quò tandem appellere felix,

Esseq; sic patriæ gloria magna queas.

*Henricus Haustadius Servestæ - An-
haltinus facieb.*

ALIVD

ANNUS
MITATE

NDERAT

VIDES?

tute sa-
crata?

n,

ca nihil

es,

ofera.

ab usu

anto

unta;

ides.

NDERAT

VIDES?

amoris er-

amabiens

Bernburg-



A L I U D.

Qui non allicitur fructu virtutis, honore,
Indole vix poterit dici esse bona:
Est etenim verè moderata Modestia virtus,
Est & magnanimi splendor honoris apex,
Laus movet ingenuos, laus pellit ad ardua mentē,
Fama facit stabiles, fama; pectus alit:
Gloria virtutis calcar sublimia calcat,
Gloria fert artes, gloria morte caret.
Ast honor injungit parvum reputare labores,
Quo quisquis gaudet signa repromit ovans.
Hæc cum discipias Erneste apponere promptè,
Justè conaris præmia ferre tua.
Atq; quidem sudas venari tramite recto,
Quod fiat, lætor. Pugna capita dabit.

Apponebat honoris ergò

Tobias Henckelius Halberst.



Umg. VI 26


= [Dissertationes
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17





83

ITATIO IIX.
 ETHICA
De
 ANIMITA-
 MODE-
 STIA.

Quam
 UNO ANNUENTE
 ima Academia VVittebergensi,
 PRÆSIDE
Excelsentissimo Viro
 COBO MARTINI,
 Pract: Philosoph. Pro-
 tore publ.
Proponit
 S PRÆTORIUS
 â-Anhaldinus.
temb. Horis Locoq, solitis.
 TEBERGÆ,
 JOHAN. GORMANNI.

M. DC. XIV.